

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

§. 60. 2) De reliquo procedendi modo.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

regressus tenet, nullam habere contra quendam ad indemnitate actionem; monstrandum solum, per mandatarium forte, non vero edendum est protestationis instrumentum. Ita mihi videntur conciliandae opiniones in duas partes maxime diversas abeuntes \*).

§. 60.

2) De reliquo procedendi modo.

Protestatione igitur instituta, patet omnino regressus erga eum, quem ad indemnitate obligatum habeat creditor, vel extrajudicialiter vel etiam judicialiter urgendus. Indemnitate vero non adipiscitur, nisi pro omni damno, intellige pro forte, usuris, damnis casualibus et impensis omnibus erogatis, compensationem quandam accipiat. Remittit computationem, quae ea omnia comprehendat, (*Retourrechnung* nominatam) ad eum, a quo regressus petitur \*\*). Conficitur et remittitur saepissime ad indemnitate istam imputandam *recambium* s. *cambium* recursus \*\*\*). Sed de his omnino, at et de modo in iudicio cambiali procedendi, ubi vel ad indemnitate in continenti praestandam vel ad cautionem de ista constituenda, nisi aliter subventum sit, exigendam agi potest \*\*\*\*), de ac-

\*) cf. e. g. SIEVEKINGII *Materialien*. §. 139. 140 et PÜTTMANNI *Wechsel* §. 87. — Determinat fere ex sententia exposita rem omnem *allg. preuss. LR.* §. 1047. sqq.

\*\*\*) cf. *Io. Ad. BECK vom Wechsel*. Cap. IV. §. 63. pag. 174. sqq. C. F. BEHRENS *Anleitung zur Kenntniss vom Wechsel*. pag. 143.

\*\*\*\*) cf. PÜTTMANN §. 72. 73. SIEVEKING §. 113. sqq. et alibi. *allg. pr. LR.* P. II. §. 1081. 1085.

\*\*\*\*\*) cf. *allg. preuss. LR.* P. II. §. 1075.

